FLORA.

57. Jahrgang.

№ 32. Regensburg, 11. November 1874.

Inhalt. J. Zanardini: Phyceae Australicae novae vel minus cognitae. (Schluss.) — Dr. H. Christ: Rosenformen der Schweiz und angrenzender Gebiete, II. (Schluss).

Phyceae Australicae novae vel minus cognitae

auctore: J. Zanardini.

(Schluss.)

Sphaerococcoideae.

15. *Nitophyllum Hymenena*, sp. nov.

N. fronde vix stipitata, tenuissima elato-laciniata, margine undulato-crispata, multivenosa, venis inferioribus robustis flexuoso-ramosis superne evanescentibus, coccidiis crassiusculis prominentibus in parte superiori frondis creberrime sparsis.

Hab. Hobartown Tasmaniae.

Obs. Quoad faciem ad N. Griffithsianum, Suhr accedere videtur. Ex icone vero a Kützingio data (Tab. phyc. XIX tab. 2) venarum copia, coccidiisque per totam frondem, quam ad margines undulatos, ut in illa, sparsis satis distinguitur. Ex numero item ac dispositione et forma venarum nomen specificum traxi utpote quamdam speciem Hymenenae simulet.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0499-8

16. *Nitophyllum obsoletum*, sp. nov.

N. fronde sessili (?) tenue membranacea, obsolete venulosa, lineari decomposite pinnato-laciniata, segmentis ultimis pinnato-lobulatis, lobulis obtusis, extremitatibus hic illic hamato-recurvatis; fructibus . . . . . .

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Obs. In unico specimine spithameo, a me viso, pars inferior frondis deest, et fructus desiderantur; ex quo species inter eas denuo inquirendas enumeranda.

17. *Nitophyllum crispum* var. *prolificans*.

N. fronde in disco et margine prolifera, prolificationibus minutis orbicularibus; antheridiis maculae formibus albicantibus in disco frondis sparsis.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Obs. Varietas quoad genus in disco prolifera sane singularis. An species distincta?

18. *Corallopsis ? umbellifera*, sp. nov.

C. fronde crassa cartilaginea tereti-continua verticillatim decomposite ramosissima, ramis ultimis apice umbellatis, umbellarum radiis simplicibus flexuoso-incurvis.

Hab. Port Philip — (Ferd. von Mueller.)

Obs. Structura a congeneribus satis diversa ob cellulas centrales circumjacentium diametro minores, stratum fere distinctum effecientes. An genus aliud? Fructificatione ignota nullum certum decernere datum est.

19. *Sarcodia ciliata* sp. nov.

S. fronde crassa, carnoso-membranacea, exsiccatione cartilaginea stipitato-cuneata, plus minusve late lineari subdichotome pinnata, disco et margine prolifera, prolificationibus primum verrucaeformibus integris dein dentato-ramosis, tandem elongatis, margines segmentorum creberrime ciliatos reddentibus, ciliis anguste linearibus simplicibus vel furcatis, quandoque segmentis conformibus; coccidiis mamillosis ad verrucas in disco frondis solitariis vel pluribus fasciculatim aggregatis.

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Species polymorpha, seu frondis latitudine, ramificatione nec non prolificationum norma summopere variabilis. Facies Meristothecae papulosae, J. Ag. maris rubri, structura vero et fructus Sarcodiae. Monendum tamen sphaerosporas,

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0500-4

quae in Sarcodia Montagneana, J. Ag. zonatim divisae describuntur, in nostra, etiamsi plurima specimina inspexissem, observare non licuit.

Rhodymenieae.

Nevrophyllis nov. gen.

Frons linearis complanata ramosissima, nervo centrali tenuissimo percursa stratis duobus tubum axilem ambientibus contexta: cellulis interioribus rotundatis magnis superficiem versus sensim minoribus reticulo cellularum anastomosantium cinctis; strato exteriore cellulis minutis uni-vel-pauce seriatis constante. Fruct. 1. Cystocarpia hemisphaerica disco immersa clausa, fasciculos plurimos sporarum rotundatarum in ultimo articulo filorum e placenta parietali (?) irradiantium includentia. 2. Nemathecia maculaeformia, versus apicem segmentorum insidentia, sphaerosporas zonatim divisas, inter fila brevissima articulato-clavata evolutas nidulantia.

20. *Nevrophyllis australis*, sp. nov.

N. fronde livido-purpurea siccitate fuscescente rigida, inferne medio incrassato-subcostata, sursum nervo centrali tenuissimo ramoso, usque ad apices segmentorum percursa, flexuose dichotomo-multipartita, subfastigiata, segmentis distichis decomposite pinnatis superne dilatatis et saepe cristato-ramulosis, pinnis segmentis conformibus, ramulis parvulis spiniformibus per totam frondem ubique sparsis; cystocarpiis minutis infra apices ramulorum evolutis hinc saepius fere apiculatis.

Hab. Port Philip — (Ferd. von Mueller.)

Obs. Structura frondis, tubo centrali excepto, illam Callophyllidis accedit, fructificatione vero toto coelo recedit. Monendum tamen me de sporarum evolutione parietali haud certum esse quippequae sectiones cystocarpii satis felices, ob partium parvitatem, difficillime consequentur.

21. *Rhodymenia prolificans*, sp. nov.

R. fronde basi cuneato-substipitata, anguste linearielongata, dichotomo-fastigiata, segmentis ex apice truncato 2—3—4 et ultra prolificationes, emittentibus, evidenter petiolatas, iterum iterumque similiter prolificantes, prolificationibus, ultimis simplicibus elongatis apice plerumque obtusis indivisis vel bifidis.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0501-0

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Obs. Species Rhodymeniae australi affinis, habitu tamen multum diversa. An ejusdem varietas? Fructus in speciminibus a me visis desiderantur, ex quo species dubiis vexata manet.

22. *Rhodymenia? pinnulata*, sp. nov.

R. fronde substipitato-cuneata, subcarnosa, lanceolata, apice saepe bipartita e margine pinnatim prolifera, prolificationibus adultioribus lineari-lanceolatis acutis integerrimis vel dentatis; sphaerosporis crassis punctiformibus per totam frondem creberrime sparsis triangule divisis.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Spithamea, caespitosa, pollicem alta. Prolificationes adultiores 2—3 lineas latae, pollicem et ultra longae, basi parum angustatae. Structura frondis cellulosa Rhodymeniarum, substantia vero magis carnosula. Cystocarpiis ignotis genus adhuc incertum manet. Facies Gigartinae lanceolatae, Harv.

23. *Rhabdonia umbellata*, sp. nov.

Rh. fronde tereti crassa, succoso-flaccida, umbellatim ramosissima, ramis umbellarum seu radiis elongatis ramulosis, ramis ramulisque basi attenuatis apiceque acutis.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Obs. Species Rh. robustae proxima videtur, ramificatione tamen satis distincta. Fructus vero hucusque ignoti.

24. *Rhabdonia hamata*, sp. nov.

Rh. fronde setacea irregulariter decomposito-ramosa, ramis apicibus hamatis, ramulis pinnatim exeuntibus, alternis oppositis vel saepius secundatis, basi eximie attenuatis apice obtusiusculis, sphaerosporis in medio ramulorum dense aggregatis.

Hab. Port Philip — (Ferd. von Mueller.)

Obs. Structura frondis illae Rh. globiferae (Harv. Phyc. austr. tab. CXXIX) omnino similis.

Cryptonemeae.

25. *Gymnogongrus irregularis*, sp. nov.

G. fronde humili atropurpurea, setacea, irregulariter pinnatim, ramosa, ramis quoquoversum egredientibus oppositis, alternis vel saepius secundatis ultimis brevibus spiniformibus horizontaliter erumpentibus, apice obtusis; fructibus . . . . .

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0502-6

Hab. ins Lord Howe, socialiter cum Gelidio corneo — (Fullagar et Lind.)

Obs. Quum specimen unicum parvulum et sterile, ad quod phrasis allata confecta est, solummodo vidissem, speciem structuram generis offerentem denuo inquirendam esse moneo ut ipsa melius comprobata sit.

26. *Callophyllis microcarpa*, sp. nov.

C. fronde di—trichotoma, segmentis angustissime linearibus e margine pinnatis, pinnis iterum di—trichotomo-pinnulatis, pinnulis gracilibus elongatis, simpliciusculis apice saepe furcatis; Kalidiis minutissimis infra apicem pinnularum insidentibus.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Obs. Species Call. coccineae valde proxima, gracilitate pinnularum, carum dispositione vel non summa parvitate fructuum satis distincta.

27. *Mychodea fastigiata*, sp. nov.

M. fronde carnosa, tereti-conpressa, disco nuda vel papillosa, subdichotome ramosa, a margine distiche pinnatim ramulosa, ramulis cylindraceis creberrime dichotomis, segmentis attenuatis fastigiato-congestis apice furcatis.

Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Facies quibusdam formis Liagorae distentae vel Nemastomae dichotomae haud dissimilis. In unico specimine, quod intueor, fructus desideratur, tamen novam generis speciem suo jure esse vix dubitaverim, utpote substantia, color, item ac structura frondis admodum congruat.

28. *Mychodea halymenioides*, sp. nov.

M. fronde plana, carnoso-membranacea, inferne late lineari, superne abrupte angustata, decomposite dichotomo-multifida, segmentis omnibus margine distiche pinnato-proliferis, prolificationibus primum minutis dentiformibus, tandem elongatis simplicibus vel segmentis conformibus.

Hab. ins. Lord. Howe — (Fullagar et Lind.)

Obs. Facies Horeae halymenioides, Harv. fronde latiore, et structura potius generis Mychodea. Dolendum vero ne fructificatio in specimine a me viso pateat.

29. *Gigartina orbicularis*, sp. nov.

G. fronde plana carnosa in orbiculum expansa, margine et disco nuda; fructibus . . . . .

Hab. Port Philip — (Ferd. von Mueller)

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0503-1

Obs. Specimen unicum, quod intueor, quoad habitum ad innumeras pertinere varietates G. radulae suspicari potest, sed structura frondis satis diversa videtur. Fila nempe centralia densiora stratum valde compactum reddunt. Haec fila triplo crassiora sunt iis G. radulae, articulis brevioribus endochromo densissimo ex integro repletis, unde frons, colore pulchre coccineo, magis carnosa evadit.

30. *Gigartina pumila*, sp. nov.

G. fronde parvula lineari-canaliculata, caespitosa subdichotomo-palmata, segmentis basi attenuato-constrictis, apice obtusis; fructibus . . . . .

Hab. Port Philip, algas majores adhaerens — (Ferd. von Mueller.)

Obs. Unico specimine sterili inspecto species nova non extra dubitationem proponitur. An cujusdam aliae status juvenilis?

31. *Gigartina cincinnalis*, sp. nov.

G. fronde irregulariter ramosa, ramis apice fasciculatim ramulosis, ramulis cincinnatis extrorsum ramellosis ramellis recurvato-subulatis.

Hab. Port Philip — (Ferd. von Mueller.)

Obs. Gigartinae ancistrocladiae Mont. proxima, structura tamen diversa praecipue ob fila corticalia moniliformia brevissima, interioribus stellatim anastomosantibus valde crassiora. Specimen unicum sterile vidi, ex quo novam speciem denuo inquirendam esse augurari oportet. Quoad ramulorum extremitates Lomentariam uncinatam, J. Ag. aemulat.

32. *Gigartina congesta*, sp. nov.

G. fronde inferne teretiuscula superne compressa, irregulariter decomposite pinnata, rachide prolifera, pinnis introrsum versis, pinnulis brevibus attenuatis ad apicem ramorum in capitulos densissime congestis; cystocarpiis crassis in pinnulis ultimis solitariis emersis, poro amplo pertusis, subcyatiformibus.

Hab. Hobartown Tasmaniae.

Obs. Ob faciem sane singularem species distinctissima videtur. Unico tantum specimine collecto speciem denuo inquirendam esse desideratur.

33. *Gigartina aciculifera*, sp. nov.

G. fronde compressa anguste lineari, dichotomo-pinnata, pinnis patentibus apicibus recurvato-subulatis interdum multifidis, ramulis lateralibus teretibus, spiniformibus per totam frondem sparsis.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0504-7

Hab. Hobartown Tasmaniae.

Obs. G. aciculari similis, fronde compressa distiche pinnata nullo negotio distinguatur. An huc varietas pinnata *G. acicularis*, Hook et Harv. referenda?

34. *Grateloupia* ? *dubia*, sp. nov.

G. fronde plana lineari, decomposite pinnata, pinnis distichis patentibus utrinque attenuatis medio latioribus alternis vel oppositis

Hab. Hobartown Tasmaniae.

Obs. Cl. Sonder in Lin. XXVI p. 518 Gr. gigartinoidem, ad Port Philip lectam uti speciem *Gr. Gibbesii*, Harv. simillimam descripsit. Nostra vero, si generis sit, quod deficientia fructus adhuc incertum manet, a specie Harveyana haud dubie longe recedit. Gigartinam pinnatam, J. Ag. potius repraesentat; structura vero frondis omnino diversa apparet.

35. *Gloeoderma Tasmanicum* sp. nov.

Gl. fronde plana lineari decomposite pinnata, ramis elongato-fastigiatis flexuoso-divaricatis, pinnis ramorum alternantibus vel rarissime oppositis, pinnulis brevibus spiniformibus per totam frondem inter ramos majores laxe erumpentibus, superioribus saepe unilateralibus.

Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)

Obs. Cystocarpiis ignotis utrum species generis haud dubie sit affirmare nequeo. J. Agardh, generis auctor, primum unicam speciem, Gl. australe, a nostra procul dubio diversam descripsit (sp. alg. II, p. 244). Postremo tempore (Flor. Syst. 1870 p. 18) in eodem genere species nomine Horeae a Harveyo conditas inclusit.

36. *Halymenia plana*, sp. nov.

H. fronde foliacea, tenui-membranacea, purpurea, lobato-incisa, lobis elato-obovatis, margine plano integerrimo.

Hab. Port Philip. — (Ferd. von Mueller.)

Obs. Quoad faciem cum H. Cliftoni, Harv., marginibus planis nunquam undulatis et colore excepto, comparanda; structura vero frondis magis compacta, filis interioribus duplo crassioribus, speciem satis diversam esse suadet.

37. *Halymenia fimbriata*, sp. nov.

H. fronde plana, lineari-lanceolata, substipitato-cuneata, gelatinoso-membranacea repetite dichotoma, segmentis lineari-lanceolatis, margine dense ciliatis, apice plerumque

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0505-3

bifidis obtusiusculis, ciliis brevibus tandem elongato-ligulatis
Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)
Obs. Frons tenuis, amoene rosea; facies Callophyllis ciliatae quodammodo similis, structura vero generis; favellae in disco frondis sparsae.

38. *Halymenia ? multifida*, sp. nov.

H. fronde plana, lineari, stipitato-cuneata, gelatinoso-membranacea, dichotomo-multifida, segmentis basi attenuatis, margine integerrimis vel calloso-denticulatis, apice obtuse rotundatis, multifidis; fructibus . . . . .
Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)
Obs. Frons crassiuscula livide purpurascens. Facies item ac substantia Callophyllis, structura vero potius Halymeniae. Forsan genus aliud, sed, fructu ignoto, nil certum dici potest. Idcirco speciem inter Halymenias pro tempore, usquedum fructus innotescant, enumerandam esse crediderim.

39. *Halymenia ? speciosa*, sp. nov.

H. fronde carnoso-gelatinosa, plana, late lineari, decomposite pinnata, ramis elongatis ambitu lanceolatis, pinnis pinnulisque oppositis patentibus ligulatis. ultimis linearibus acuminatis, fructibus . . . . .
Hab. Georgetown Tasmaniae — (Miss Goodwin.)
Obs. Habitus Hoream speciosam, Harv. fere refert, structura vero satis et ultra diversa. Frons fere tripici strato componitur; interiori filis articulatis dense intertextis endochromo graniforme repletis; intermedio cellulis minutis rotundatis in fila brevissima articulato-clavaeformia, muco cohibita, terminatis, stratum corticale constituentia. Fructu vero ignoto, inter Halymenias haud extra dubitationem haec species enumeratur, H. floresiae facie quodammodo similis.

Chlorophyceae.

Siphoneae.

40. *Chlorodesmis major* sp. nov.

Chl. filis crassiusculis, flaccidis intense viridibus extremitatibus obtusis, tandem humore aurato-rubescente repletis.
Hab. ins. Lord Howe — (Fullagar et Lind.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0506-9

Obs. Cum speciminibus *Chl. comosae*, Bail et Harv. Novae Caledoniae a me species collata, satis diversa mihi videtur ob fila duplo et ultra crassiora, potius flaccida quam rigidiuscula, colore in exsiccatis potius viridi quam fusco-nigrescente ut in illa. Speciem a. cl. Sonder figuratam (Alg. Trop. Austr. Tab. VI, fig. 5—8) in portu Denison lectum nescio num ad nostram vel ad speciem typicam pertineat.

Dabam Venetiis initio anni 1874.

Rosenformen der Schweiz und angrenzender Gebiete,

beobachtet im Sommer 1873

von

Dr. H. Christ in Basel.

II.

(Schluss.)

XII. Es übersandten mir die Hr. E. Lévier und Sommier aus Florenz ihre Ausbeute von 1873 aus Toskana und den Abruzzen, und ich schliesse meinem Aufsatz in der „Flora“ von 1873: „Zur Rosenflora Italiens“, welcher die Ausbeute der gen. Botaniker von 1872 behandelt, folgendes an:

1. Dominirende Stellung nimmt in den untern Regionen ein die *R. Sepium* Thuill. in vielfachen Modificationen: *f. agrestis* Savi, *virgultorum* Puget, *discosa* mihi loc. cit. 6; als neu tritt hinzu eine Form, die durch rein ovale Form der Blättchen, die kurze Zahnung und durch eine weniger dem Parenchym eigene als den Nerven folgende, zum Theil fehlende Drüsigkeit etwas an die kleinblätterigen Caninen erinnert, sonst aber doch zu Sepium gehört. Ich will sie zur spätern Orientirung

2. f. *abscondita* nennen. —

Hab. alla salita di Camaldoli und alla strada della Verna, Casentino, in montosis aridis. l. Sommier. Dieselbe in Blüthe 17 Juni bei *Colonnata* ob Carrara l. Levier.

Die alten Stacheln sind die normalen, conischen der *sepium*; die Frucht ist klein, oval, die Griffel kahl, die Corolle klein, weisslich, die Sepala in fädliche Lappen mit wenigen Drüsenwimpern getheilt. —

3. Levier sammelte alsdann eine, zwischen *Sepium* und *graveolens* Gren. sich einschiebende, zur *R. inodora* Fries sich neigende Mittelform: Blüthenstiele kurz, solang als die Kelch-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0507-4

Ich berichtige daher hiemit gerne die von mir gemachte Angabe. Es ist als Dotation des Würzburger bot. Gartens statt der von mir angeführten 10,000, — 4388 fl. zu setzen.

Innsbruck, 17. Novb. 1874.

A. Kerner.

Druckfehler.

In Zanardini's „Phyceae Australicae novae vel minus cognitae" ist zu berichtigen:

P. 488 Z. 17 minutissimus — minutissimis.
„ „ „ 37 parvioribus — parviora.
„ 489 „ 26 marginata — marginali.
„ „ „ 29 Idcirco; — Idcirco,
„ 498 „ 4 exremitatibus — extremitatibus.
„ 501 „ 15 vel non — nec non.
„ „ „ 18 conpressa — compressa.
„ 595 „ 5 Speciem a. cl. Sonder figuratam — Specimen a. cl. Sonder figuratum.

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

134. A. Burgerstein. Untersuchungen über das Vorkommen und die Entstehung des Holzstoffes in den Geweben der Pflanzen.
135. Naturw. Verein zu Magdeburg, Jahresbericht 3 und 4; 1873/74.
136. — Abhandlungen, Hft. 4 und 5, 1873/74.
137. Ein Fascikel Flechten von F. Arnold in Eichstätt.
138. The Journal of Botany, british and foreign. Edited by H. Trimen, British Museum. New Series, Vol. III. London 1874.
139. Bericht der Wetterauischen Gesellschaft f. d. ges. Naturkunde zu Hanau. 1874.
140. Oesterreichische Botanische Zeitschrift. Redig. v. Dr. Skofitz. 24. Jahrg. Wien. 1874.
141. Fries Th. M. Lichenographia Scandinavica. Pars II. Upsaliae 1874.
142. Académie roy. de Sciences, des Lettres et des Beaux-Arts de Belgique à Bruxelles — Mémoires des Membres tome 40.
143. — Mémoires couronnés et des savants étrangers tome 137 et 38.
144. — Mémoires couronnés et autres mémoires tome 23.
145. — Bulletins de l' Académie, 2. Série, tome 35—37.
146 — Annuaire de 1874.
147. Wedell, quelques mots sur la théorie algolichénique.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03640-0578-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1874

Band/Volume: 57

Autor(en)/Author(s): Zanardini J.

Artikel/Article: Phyceae Australicae novae vel minus cognitae 497-505